Cod. pag. 29. Deinde filius Ottonis Liudolfus non amplius tunc in vivis erat, quippe qui teste Chronico nostro coaetaneo jam mortuus erat in Italia anno 957.

Tum quoque Fridericus archiepiscopus Moguntinus jam anno 954 e vita exierat, testante eodem Chronico excitato.

S. zu 954: Hannöv. Gel. Anz. 1751, S. 493. Zu 957: Braunschw. Anz. 1745, S. 863.

Fasti 967:

Anno dominic. incarn. 967 II. id. Mart. obiit Mahthildis regina.

Cod. pag. 417, bei Wedekind No. 37. Ex hoc autem momento deinde patet, quem annum aetatis regina Mathilda attigerit, cum moreretur anno 967, testante Chronico nostro coaetaneo anno scilicet aetatis LXXV.

Fasti 967:

Et ceteri fideles obierunt Thiatharius et Billig.

Cod. pag. 239. Quam etiam ob causam veteres Corbejenses nostri nomen ac mortem hujus Billingi in fastis suis annotarunt, addito insigni elogio his verbis: anno 967: Fideles Thiatharius et Billing obierunt.

pag. 539. Cumque Billingus anno 967 animam creatori reddiderit, Chronico nostro coaetaneo teste, habuerit ille eo tempore circiter annum aetatis LXXXIV necesse est.

pag. 553. Quantum igitur licet aestimare e situ bonorum horum, putamus, Thiathardum fuisse genitum e stirpe Brunoniana, et probabiliter filium Wichmanni, qui in eadem regione et quidem in villa Scherwe, quaedam Corbejensibus tradiderat. Magnae auctoritatis et gloriae dominum fuisse eundem concludimus e Chronico nostro Corbejensi manuscripto ex quo apparet, eum aetate supparem fuisse Billingo.

pag. 647. Billungum animam redidisse creatori an. 967, e fastis Corbejensibus nostris commemoravimus.

Fasti 978:

Hoc anno obierunt tres infantes Avo, Mainwercus, Weluth.

Cod. pag. 121, bei Wedekind No. 18. Et hic est Thiatmarus, quem significant traditiones nostrae §. 318 ubi ei filium ascribunt, nomine Welut insignitum, quod ideo certum est quia alius Welath Thiatmari Comitis filius, testantibus Annalibus Corbejensibus Msctis. anno 978 in modum scholaris Corbejensis mortuus est.

Fasti 1001: Thiadmarus Abbas obiit.

1010: Hosed obiit abbas.

S. Cod. pag. 331, und Braunschweig. Anzeig. 1748, St. 77, S. 1510, in der Sammlung der Fragmente der Chronik.